humanū genus ut redimeret ipsum Et est hic ille propheta d̄ quo ait dominus moysi deuterono.xviij. Libro phetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. in quo ondi-tur q xpristus oriundus erat de progenie iudeorum. et daturus legē xpianis. sicut et moyses dedit iudeis.

Sequitur. Et ponam verba mea in ore eius. hoc est quod ipse ait Iohis viij. Que audiui a patre meo hec loquor in mundo. Sequitur. Qui aūt verba eius audire noluerit: ego vltor existam. quasi diceret. Nō occidetur: nec punietur temporaliter: sicut in veteri lege: sed misericorditer expectabitur ad penitentiam. si vero perseuerauerit in contemptu: seruabitur ad penam eternam Verba ista nō possunt intelligi de iosue. non enim fuit similis moysi. immo dicitur de eo Numeri. xxvij. Dabo ei partem glorie tue quasi diceret. non omnem gloriam. Nec de alijs prophetis. quia singulariter et per excellentiam dicit prophetā et non prophetas. Fuit autem magnificus in tribus. In sermone. In operatione. et in passione. In sermone tripliciter.

Primo in exhortatione Unde math. vij. Erat docens sicut potestatem habens.

Secundo in pmissione. Luc. vi. Beati pauperes. quia vestrum est regnum dei.

Tercio in dominatione. vnde sequitur ibi. Ve vobis diuitibus: qui habetis hic consolationes vestras.

In operatione tripliciter.

Primo in operibus virtutū. Unde Ioh. xiij. Exemplū dedi vobis: ut quemadmodum ego feci: ita et vos faciatis.

Secundo in operib9 miraculoꝝ. vnde actuū. x. Pertransijt benefaciendo et sanādo oēs oppressos a dyabolo.

Tercio in operib9 signationum. sicut qn̄ maledixit ficulnee. Math. xxi.

In passione tripliciter

Primo em̄ passus est dura verba. Iohis. viij. Samaritanus es tu: et demonium habes.

Secūdo duriora verbera. Unde math. xxvij. Ihesum flagellatū tradidit eis ut crucifigeretur.

Tercio durissima tormēta. Unde trenorum pri. Videte si est dolor sicut dolor meus. De hijs omnibus dicit bernardus. O bone ihesu q̄ dulciter cum hominib9 conuersatus es. q̄ abūdanter multa et magna hominib9 largitus es. q̄ fortiter dura et aspera pro hoībus passus es. dura verba. duriora verbera. durissima et horrenda crucis tormenta. Ipsi sit laus et gloria in secula seculorum. Amen.

Dominica decimaseptima.

Epistola. Ephes. iiij.

Fratres. obsecro vos ego vinctus in domino. ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine. cum patientia supportantes inuicem in caritate. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et vnus spiritus sicut vocati estis in vnam spem vocationis vestre. Unus dominus. vna fides. vnum baptisma. Unus deus et pater omnium. qui est super

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0518

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG